

ACTA SANCTAE SEDIS

EX SS. RITUUM CONGREGATIONE

DE QUERETARO

Solution de certains doutes. — Messe devant le T. S. Sacrement.

— Procession et reliques. — Aspersion. — Chant du "Salve Regina devant le T. S. Sacrement exposé. — Usage particulier pour la lotion des mains au "Lavabo". — Grand autel et Crypte,

TODIERNI Caeremoniarum Magistri in Ecclesia Cathedrali de Queretaro, Mexicanae Ditionis, summopere cupientes, ut ea quae ad cultum divinum pertinent, rite peragantur, de consensu et approbatione Rev. mi sui Episcopi, quae subsequuntur dubia Sacrorum Rituum Congregationi humillime exposuerunt; nimirum:

I. In omnibus Ecclesiis huius Dioecesis servatur antiqua consuetudo, fidelium venerationi publice exposendi Ssmum Sacramentum sive in Missis renovatione, quae cum cantu celebrantur, sive, de licentia Ordinarii, in illis quae solemniter peraguntur occasione alicuius magnae festivitatis, et in eisdem Missis distribuitur Sacra Communio, non obstante expositione, campanulae pulsantur, tum ad *Sanctus* et ad elevacionem sacrarum specierum, tum etiam immediate ante distributionem S. Synaxi. Hinc quaeritur: 1. Num continuari possit consuetudo Missas cantandi coram Ss.mo Sacramento palam exposito? 2. Et quatenus